

www.e-rara.ch

Biblia Veteris ac Novi Testamenti

Pagnini, Sante

Basileae, 1564

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-1502>

Liber Nehemiae, qui vulgo Esdrae secundus dicitur: [...]

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

- 30 Et de filiis Panhath-moáb, y Adná, & Chelál, Benaiáh, Maya wfeiah, Matthaniáh, Bersalél, & Binnúi, & Menawsséh.
- 31 De filiis uero n Harim, n Eliyézer, I wsiáh, Malchiiáh, w Semayiah, w Simyón,
- 32 Biniamín, Mallúch, w Semariáh.
- 33 De filiis n Hawsúm, Matthenái, Matthattháh, Zabád, n Eliphéler, Jeremái, Menawsséh, w Sim-yi.
- 34 De filiis Banní, Mayadáí, y Amráam, & w Vel,
- 35 Benaiáh, Bediáh, Chelhú,

- 36 Vaniáh, Meremóth, n Eliawssib,
- 37 Matthaniáh, Matthenái, & Iayawssau,
- 38 Et Bani, & Binnúi, w Sim-yi,
- 39 Et w Selemiáh, & Nathán, & y Adaiáh,
- 40 Machnadebái, w Sawssái, w Sarái,
- 41 y Azarxél, & w Selemiáhu, w Semariáh,
- 42 w Sallúm, Amariáh, Iowsséph.
- 43 De filiis Nebó, Ieyixél, Matthithiáh, Zabád, Zebina, Iadáu, & Iowxél, Benaiáh.
- 44 Omnes hi acceperant uxores alienigenas: quibusdam autem ex eis erant mulieres quæ puerant filios.

Liber Nehemiæ, qui uulgò Esdræ secundus dicitur: Hebraicè, נחמיה

NOUA EX HEBRÆO TRALATIO.

CAPVT I.

4 Nehemias pincerna Regis Artaxerxis, pro populo afflicto qui in Iudam reuersus fuerat ex captiuitate, Deum orat. 4 Ieiunium & oratio. 5 Promissio custodiendis præcepta. 9 Reuerentium ad se, & peccata agnoscentium, miseretur Deus.

1



VERBA Nehemiáh filij n Hachaliáh. & fuit, in mēse Chiosléu, anno uicesimo, ego eram in w Su wssán palatio:

2

Et uenit n Hanani unus è fratribus meis, ipse & uiri de Iehudáh: quos interrogauí de Iehudæis uiris euasionis, qui residui erant de captiuitate, & de Ieruwssaláim.

3

Et dixerunt mihi, Residui qui remanserunt de captiuitate illic in prouincia, sunt in malo magno & opprobrio: præterea murus Ieruwssaláim dirutus est, & portæ eius combustæ sunt igni.

B

4

Posteaquam autem audiui uerba hæc, sedi, ac fleui, luxique per dies: ieiunauí insuper, & orauí coram Deo cæli:

D. 11. 9. 4. 4

5

Ac dixi, Quæso Iehoua Deus cæli, fortis, magne, & terribilis, custodiens pactum & misericordiam diligentibus te, & custodiens mandata tua.

C

6

Sit quæso auris tua attendens, & oculi tui aperti, ut audias orationem serui tui, quam ego oro coram te hodie die ac nocte, pro filiis I wssaxelis seruis tuis. confiteor nanque peccata filiorum I wssaxelis quæ peccaui tibi: & ego & domus patris mei peccaui.

7

Grauer peccaui tibi, & non custodiui præcepta, & statuta, & iudicia quæ præcepisti Moyses seruo tuo.

8

Memento quæso uerbi quod mandasti Moyses seruo tuo, dicendo, Vos præuaricabimini, ego uero dispergam uos in populos.

D

9

Quum autem reuersi fueritis ad me, & custodieritis præcepta mea, & feceritis: si fuerit expulsio uestra ad extremum cæli, illinc cogregabo eos, & adducam eos ad locum quem elegi, ut illuc collocarem nomen meum.

10

Ipsi autem serui tui, & populus tuus sunt, quos redemisti fortitudine tua maxima, & manu tua fortissima.

11

Quæso ò Iehoua, sit quæso auris tua attendens ad orationem serui tui, & ad orationem

seruorum tuorum, qui cupiunt timere nomen tuum: & successum prosperum da quæso seruo tuo hodie, & da eum in misericordias coram viro illo. Ego autem eram pincerna Regis.

CAPVT II.

1 Nehemias impetratis literis à Rege Artaxerxe, uenit Ierusalem. 4 Oratio. 8 Manus Dei bona. 13 Nehemias considerat ruinas urbis. 17 Aedificant muros Ierusalem.

1

ET fuit, mense Nisan, anno uicesimo Artaxerxis Regis, uinum erat ante eum: tum accepi uinum illud, & tradidi Regi: non eram autem antea tristis coram eo.

2

Dixit itaque mihi Rex, Quare uultus tuus tristis est, quum non ægrotes? non est hoc nisi malum cordis. Et timui multum admodum.

3

Tum dixi Regi, Rex in æternum uiuat: cur non esset tristis uultus meus, quum urbs illa, domus sepulchrorum patrum meorum deserta sit, & portæ eius consumptæ sint igni?

4

Et dixit mihi Rex, Pro quam re postulas? Tum orauí ad Deum cæli.

5

Postea dixi Regi, Si Regi bonum est, & si placet seruis tuis coram te, postulo ut mittas me in Iehudáh ad urbem sepulchrorum patrum meorum, ut reaedificem eam.

6

Dixitque mihi Rex, (Regina autem sedebat apud eum) Quousque erit iter tuum, & quando reuerteris? Et placuit coram Rege: misitque me postquam dedi ei tempus.

7

Tum dixi Regi, Si Regi est bonum, epistolas dent mihi Scribæ ad duces regionis quæ est trans Flumen, ut transmittant me, donec ueniam in Iehudáh,

8

Et epistolam ad Absaph custodem pomarij quod est Regi, ut det mihi ligna ad contiguandas portas palatij, quæ erant domui, & murum urbis, & domum quam ingressus fuero. Dedit itaque mihi Rex iuxta manum Dei mei bonam super me.

9

Et ueni ad duces regionis quæ erat trans Flumen, quibus dedi epistolas Regis. miserat autem mecum Rex principes exercitus & equites.

10

Audiens uero Sambalát n Horonites, & Tobiiáh seruis ille y Ammonites, displicuit eis displicentia magna, quod uenisset aliquis ut quæreret bonum filiis Israelis.

11

Tandem ueni in Ieruwssaláim, ubi mansi diebus

bus tribus.

- 12 Surrexi autem nocte ego, & viri pauci mecum: & non indicaui cuiquā quid Deus meus dedisset in corde meo vt facerem in Ierusalaim: nec iumentum ullum erat mecum nisi iumentum cui insidebam.
- 13 Et egressus sum per portā Vallis noctu, ante fontem Draconis, & ad portam Sterquilinij: atq; consideravi muros Ierusalaim qui erāt diruti, portāsq; eius quæ cōsumptæ erāt igni.
- 14 Postea transiui ad portam Fontis, & ad piscinam Regis, vbi non erat locus iumento sub me, ad transeundum.
- 15 Ascendi igitur per torrentem noctu, & consideravi murum: dein reuersus, ingressus sum per portam Vallis, ac redij.
- 16 Porrō magistratus nesciebant quōd abiissem, & quid facerem: neque Iehudæis, ac Sacerdotibus, atq; optimatibus, & magistratibus, reliquisque facientibus opus, hucusque non indicaueram.
- 17 Dixi itaque eis, Vos videtis malum in quo sumus, quia Ierusalaim deserta est, & portæ eius succensæ sunt igni: venite, & ædificemus murum Ierusalaim, vt non simus vltra in opprobrium.
- 18 Indicaui autem eis manum Dei mei quōd esset bona super me, & etiam verba Regis quæ dixerat mihi: tū dixerunt, Surgamus & ædificemus. Et confortauerūt manus suas in bono.
- 19 Quum autem audisset Sambalāt Horonites, & Tobiih seruus Ammonites, & Gesem Arbites, subsannauerunt nos, ac despererunt nos, dixeruntque, Quid est hoc quod vos facitis? an contra Regem rebellatis?
- 20 Quibus respondi, dixique illis, Deus cæli, ipse dabit nobis prosperum successum: nos ergo serui eius surgamus & ædificemus: vobis autem nulla est portio, neque iustitia, neque memoria in Ierusalaim.

CAPVT III

Catalogus eorum qui muros ædificauerunt.

- 1 Post hæc surrexit Eliashib Sacerdos maximus, & fratres eius Sacerdotes, & ædificauerunt portam Pecorum: ipsi apparauerunt eam, & statuerunt ostia eius vsque ad turrim Meab, apparauerunt eam, & vsque ad turrim Hananeshel.
- 2 Et iuxta locum eius ædificauerunt viri Iereho: & iuxta locum eius ædificauit Zacchur filius Imri.
- 3 Portam autem Piscium ædificauerunt filij Hasenaah: ipsi contignauerunt eam, ac statuerunt valuas eius, & seras eius, & vestes eius:
- 4 Iuxta locum verò eorum instaurauit Meremoth filius Vriah filij Haccors: iuxtaq; locum eorum instaurauit Mewfullam filius Berechiiah filij Mewsezabhel: iuxta locū eorum instaurauit Sadoc filius Bayana.
- 5 Iuxta quorum locum instaurauerunt Thecoyitæ: maiores verò eorum non adduxerunt collum suum in opus domini sui.
- 6 Portam verò Veterem instaurauerunt Ioiahy filius Pascean & Mewfullam filius Besodiiah. hi contignauerunt eam, & statuerunt valuas eius, & seras eius, & vestes eius:
- 7 Iuxta locum eorum instaurauit Melatiiah Gibyonites, & Iadon Meronothites: & viri

Gibyon & Mirspah pro folio ducis regionis sita trans Flumen:

- 8 Iuxta locū verò eius instaurauit Vzzihel filius Harhaiah aurifex, atque iuxta locum eius instaurauit Hananiah filius Haracanhim: instaurauerunt inquam Ierusalaim vsque ad murum latum.
- 9 Præterea iuxta locum eorū instaurauit Rephaiah filius Hur, princeps mediæ partis Ierusalaim.
- 10 Et iuxta locum eorum instaurauit Iedaiah filius Harumaph, & contra domum suam: iuxta cuius locum instaurauit Hartus filius Hasabneiah.
- 11 Mensuram secundam instaurauit Malchiah filius Harim, & Hasub filius Parhath-moab, & turrim Furnorum.
- 12 Iuxta cuius locum instaurauit Sallum filius Halonheus, princeps dimidiæ partis regionis Ierusalaim, ipse & filia eius.
- 13 Portam Vallis instaurauit Hanun, & habitatores Zanoban: ipsi ædificauerunt eam, statueruntque valuas eius, seras eius, & vestes eius, & mille cubitos in muro, vsque ad portam Stercorum.
- 14 Portam autem Stercorum ædificauit Malchiah filius Rechab princeps regionis Bethacharem: ipse ædificauit eam, & statuit valuas eius, seras eius, & vestes eius.
- 15 Portam autem Fontis instaurauit Sallum filius Cholhozeh princeps regionis Mirspah: ipse ædificauit eam, texitque eam, ac statuit valuas eius, seras eius, & vestes eius: & murum piscinæ Pomarij, iuxta hortum Regis vsque ad gradus descendentes de Ciuitate Dauidis.
- 16 Post eum instaurauit Nehemiah filius Azbuc princeps dimidiæ partis regionis Bethsuir, vsque contra Sepulchra Dauidis, & vsque ad Piscinam illam assabre factam, & vsque ad domum Fortium.
- 17 Post istum instaurauerunt Leuitæ: Renhum filius Bani: iuxta cuius locū instaurauit Hasabiah princeps dimidiæ partis regionis Ceyilah in regione sua.
- 18 Post istum instaurauerunt fratres eorū Bauuai filius Henadad princeps dimidiæ partis regionis Ceyilah.
- 19 Instaurauit autem iuxta locum eius Ezer filius Iesuy princeps Mirspah mensuram secundam a loco qui erat eregione Ascensus armorum anguli.
- 20 Post eum accendit sese, & instaurauit Baruch filius Zacchai mensuram secundam, ab illo angulo vsque ad ostium domus Eliashib Sacerdotis magni.
- 21 Post istum instaurauit Meremoth filius Vriah filij Haccors mensuram secundam, ab introitu domus Eliashib, vsque ad finem domus Eliashib.
- 22 Post quem instaurauerunt Sacerdotes, viri planitiei.
- 23 Post istum instaurauit Biniamin & Hasub contra domum suam: post quem instaurauit Azariah filius Mayaoseiah filij Ananiah apud domum suam.
- 24 Post istum instaurauit Binnui filius Henadad mensuram secundam, a domo Azariah vsque ad angulum, vsque ad angulum inquam.

25 Palál filius Vzai contra angulum, & turrim quæ egrediebatur è domo Regis, excelsum, quæ erat in atrio carceris: post eum, Pedaiah filius Paryóws.

26 Porrò Nethinèi qui habitabant in arce, vsq; ad locum qui est eregione portæ Aquarum ad Orientem, & turrim prominentem.

27 Post ipsum instaurauerunt Thecoyitæ mēsuram secundā à loco qui est eregione turris magnæ prominentis, vsque ad murum illius arcis.

28 A porta Equorum instaurauerunt Sacerdotes quisque eregione domus suæ.

G 29 Post eum instaurauit Sadóc filius Immér eregione domus suæ: post istum verò instaurauit Semayaiáh filius Sechaniáh custos portæ Orientalis.

30 Post quē instaurauit Hananiáh filius Selemiah, & Hanún filius Saláph sextus mensuram secundam. post istum instaurauit Meshullám filius Berechiáh eregione cubiculi sui.

31 Post quem instaurauit Malciáh filius aurificis vsque ad domum Nethinæorum, & negotiatorum, eregione portæ præcepti, & vsq; ad cœnaculum Anguli.

32 Et inter cœnaculum Anguli vsque ad portam pecorum instaurauerunt aurifices & negotiatores.

CAPVT IIIII.

1 Sanballat & Tobias murorum ædificationē prohibent. 4 Oratio Nehemæ contra inimicos. 9 Oratio. 12 Armati ædificant muros Ierusalém.

F 1 Vit autem, quum audisset Sanballat quòd ædificarem murum, exarsit ira illi, indignatusque est admodum, & subsannauit Iehudæos.

2 Ac dixit coram fratribus suis & exercitu Somerón, dixit in quâ, Quid Iehudæi isti imbecilles faciunt? nunquid fortificabuntur? nunquid sacrificabunt? nunquid perficient in die? nunquid viuificabunt lapides de aceruis pulueris, quum ipsi exusti sint?

3 Tobiah autem Ammonites erat iuxta eum, qui dixit, Etiam quod ipsi ædificant, si ascenderit vulpes, diruet murum lapideum eorum.

4 Audi ô Deus noster quòd sumus despectui, & conuerte opprobrium eorum in caput eorum, dàque eos in prædam in terra captiuitatis eorum.

5 Nec regas iniquitatem eorum, neque peccatum eorum à facie tua deleatur, quia irritauerunt ædificantes.

6 Ædificauimus itaque murum ipsum, & collegatus est totus illè murus vsq; ad dimidium eius: fuitque cor populo ad faciendum.

B 7 Quum autem audisset Sanballat, & Tobiah, & Arabes, & Ammonitæ, & Awdodij quòd sanati essent muri Ierusalém (ceperant enim interrupta concludi) exarsit ira eorum valde.

8 Coniurauerunt itaque omnes pariter, vt venirent ad oppugnandum Ierusalém, & facerent ei errorem.

9 Tum orauimus Deum nostrum, & statuimus custodiam contra eos interdium ac noctu à facie eorum.

10 Dixit autem Iehudáh, Debilitatæ sunt vires portantis, & humus multa est, nec possumus ædificare murum.

11 Adhæc dixerunt hostes nostri, Nesciant, neque videant, donec ingrediamur in medium eorum, & interficiamus eos, ac cessare faciamus opus.

12 Quum autem venissent Iehudæi habitantes apud eos, ac diceret nobis decem vicibus, Ex omnibus locis vnde reuertemini, uolunt venire ad nos:

13 Tunc collocaui ab inferioribus partibus loci post murum in ipsis summitatibus saxorum, collocaui inquam populum per familias cum gladiis suis, lanceis suis, & arcibus suis.

14 Quumque aspexissem, surrexi, dixique ad optimates, & ad magistratus, & ad residuum populi, Ne timeatis à facie eorum: Domini maximi, & terribilis memétore, & pugnat pro fratribus vestris, filiis vestris & filiabus vestris, vxoribus vestris & domibus vestris.

15 Fuit autem, quum audissent inimici nostri quòd notum factum esset nobis, dissipauit Deus consilium eorū: & reuersi sumus omnes ad murum, quisque ad opus suum.

16 Verum à die illa, altera pars iuuenum operabatur, & altera pars eorum tenebat lanceas, & scuta, & arcus, & loricas: & principes erant post vniuersam familiam Iehudáh.

17 Qui ædificabant in muro, & qui portabant onera, & qui illos onerabant, quisque vna manu sua faciebat opus, & altera tenebat gladium.

18 Qui enim ædificabant, accincti erant quisque gladio suo super lumbos suos, & ita ædificabant: qui autem clangebat tuba, erat iuxta me.

19 Tunc dixi ad optimates, & magistratus, & ad residuum populi, Opus multum & latum est, nos autem separati sumus in muro, remoti alter ab altero.

20 In quo loco audieritis sonitum tubæ, illuc congregamini ad nos: Deus noster pugnabit pro nobis.

21 Nos itaq; faciamus opus, & media pars eorum tenebat lanceas ab ascensu auroræ vsque ad exitum stellarum.

22 Etiam tempore illo dixi populo, Quisque cū puero suo maneat in medio Ierusalém, sintque nobis noctu in excubias, & interdium in opus.

23 Nec ego, nec fratres mei, nec pueri mei, neque custodes qui sequebatur me, exuebamus vestimentum nostrum, quisque deponebat illud ad aquas.

CAPVT V.

1 Populus laborans fame, vsuris cogitur viuere. 8 Nehemias vsuras prohibet. 15 Dux Nehemias aliena non rapit, sua uero repetit, ne affligat populum, & non habentibus dat victum.

F 1 Vit autem clamor populi & vxorum eius magnus aduersus fratres suos Iehudæos.

2 Erant enim qui dicerent, Cum filiis nostris & filiabus nostris sumus multi: accipiamus igitur frumentum, & comedamus, & viuamus.

3 Erant deinde qui dicerent, Agros nostros, & vineas nostras, & domos nostras pignori damus, vt accipiamus frumentum in fame.

4 Erant præterea qui dicerent, Mutuum accipimus argentum pro tributo regio, super agros nostros & vineas nostras.

5 Nunc

- 5 Nunc autem sicut caro fratrum nostrorum est caro nostra, sicut filij eorum sunt filij nostri: & ecce nos subiicimus filios nostros & filias nostras in seruos, suntque iam & filiabus nostris quæ subiiciuntur, nec est facultas in manibus nostris ad redimendum, & agros nostros & vineas nostras tradidimus aliis.
- 6 Iratus itaque sum vehementer, quum audirem clamorem eorum, & verba ista.
- B 7 Et cogitauit cor meum in me, atque increpanti optimates, ac magistratus, dixique eis, Usuram singuli à fratribus vestris accipitis. Et posui contra eos congregationem magnam:
- 8 Ac dixi eis, Nos redemimus fratres nostros Iehudæos, qui venditi erant Gentibus secundum facultatem quæ est in nobis, & vos etiam venderis fratres vestros, & vendentur nobis? Et siluerunt, nec inuenerunt responsum.
- 9 Præterea dixi, Non est bona res quam facitis: annon in timore Dei nostri ambulabitis propter probrum Gentium inimicarum nostrarum?
- 10 Et ego quoque fratres mei, & pueri mei commodauius eis argentum, & frumentum: relinquamus quæso usuram hanc.
- 11 Reddite quæso eis hodie agros eorum, vineas eorum, oliueta eorum, & domos eorum, & centesimam partem argenti, & frumenti, vini, & olei, quam exigitis ab eis.
- C 12 Responderunt, Reddemus, nec quicquam ab eis quæremus: sic faciemus ut tu dicis. Tum conuocaui Sacerdotes, & adiuraui illos ut facerent iuxta verbum hoc.
- 13 Etiam vestimentum meum excussi, ac dixi, Sic excutiat Deus omnem virum qui non compleuerit verbum istud, de domo sua, & de labore suo, & ita sit excussus & vacuus. Et dixerunt totus cæterus, Amen: atque laudauerunt Iehouam: fecitque populus iuxta verbum istud.
- 14 Quinetiam à die qua præcepit mihi ut essem dux eorum in terra Iehudah, nempe ab anno vicelesimo vsque ad annum tricesimum secundum Arthanhsafthé Regis, annis duodecim, nec ego, neque fratres mei panem Ducis comedi.
- D 15 Duces autem priores qui fuerunt ante me, grauauerunt populum, & acceperunt ab eis pro pane & vino, post argenti vsque ad quadraginta: præterea pueri eorum dominati sunt populo: ego verò non feci ita propter timorem Dei.
- 16 Quinetiam in opere muri huius instaurauimus, nec agrum ullum emimus, & omnes pueri mei congregati erant ibi ad opus.
- 17 Iehudæi insuper, & magistratus centum & quinquaginta viri, quique veniebant ad nos à gentibus illis quæ sunt in circuitu nostro, in mensa mea erant.
- 18 Quod autem parabatur per singulos dies, erat bos vnus, pecudes sex electæ, aues quoque parabantur mihi: intra decem autem dies excipiebant illos cum omni genere vini ad copiam: & cum hoc panem ducis non quæsiui, quia gravis erat seruitus illa populo huic.
- 19 Memento mei Deus mi, in bonum, omnium quæ feci populo huic.

CAPVT VI.

1 Rursus impeditur edificatio. 6 Epistola Sanballat ad Nehemiam. 8 Responso Nehemias. 9 Nehemias non deterretur ab opere propter pseudoprophetas. 14 Oratio.

- 1 Fuit autem, quum auditum esset à Sanballat, & Tobiah, & Gessem Arabe illo, & cæteris inimicis nostris, quod edificassem murum, nec remansisset in eo interruptio: (attamen vsque ad hoc tempus valuas non statueram in portis)
- 2 Misit Sanballat & Gessem ad me, his verbis, Veni, & conueniamus pariter in villis in campo Ono. Ipsi autem cogitabant facere mihi malum.
- 3 Misi quoque ad eos nuntios, his verbis, Opus grande facio, & non possum descendere: quare cessabit opus ipsum quum deseram illud, ut descendam ad vos?
- 4 Miserunt autem ad me iuxta verbum hoc quatuor vicibus, & respondi eis iuxta verbum hoc.
- 5 Misit insuper ad me Sanballat eisdem verbis vice quinta puerum suum, & epistola aperta in manu eius.
- B 6 In qua scriptum erat, In Gentibus auditum est, & Gessem dicit quod tu & Iehudæi cogitatis rebellare: idcirco tu ædificas murum, & tu es illis Rex, secundum verba hæc:
- 7 Et etiam Prophetas statueris ut prædicent de te in Ierusalaim, dicendo, Est Rex in Iehudah. nunc verò audietur à Rege secundum verba hæc: quapropter veni, & consilium ineamus pariter.
- 8 Tum misi ad eum his verbis, Non est factum secundum verba hæc quæ tu dicis, sed de corde tuo fingis ea.
- 9 Quia omnes ij terrent nos, dicendo, Debilitabuntur manus eorum ab opere, & non fiet. nunc autem conforta manum meam.
- C 10 Et ingressus sum domum Semayiah filij Delaiáh, filij Mehetabael (ipse verò erat clausus) & ait, Conueniamus ad domum Dei intra templum, claudamurque ostia templi, quia veniunt ut occidant te, hac quidem nocte veniunt ut occidant te.
- 11 Tum dixi, Num quisquam similis mei fugiet? & quis similis mei qui ingrediatur templum, & viuat? non ingrediar.
- 12 Et cognoui, & ecce Deus non miserat illum, sed illam prophetiam loquutus erat aduersum me, & Tobiah & Sanballat conduxit eum mercede.
- 13 Quia mercede conductus fuerat, ut timerem, & facerem sic, atque peccarem, essetque illis ad nomen malum, ut probris afficerent me.
- 14 Memento Deus mi, Tobiah & Sanballat secundum opera sua ista, & etiam Noyadiáh prophetissæ, & cæterorum prophetarum qui terruerunt me.
- D 15 Perfectus est itaque murus ille vicelesima quinta Elul, quinquaginta duobus diebus.
- 16 Quum autem audissent omnes inimici nostri, timuerunt omnes gentes quæ erant in circuitu nostro, & conciderunt valde in oculis suis, cognoueruntque quod à Deo nostro factum est opus hoc.
- 17 Etiam diebus illis crebras epistolas mittebant optimates Iehudah ad Tobiah, & quæ erant ipsius Tobiah veniebant ad eos.
- C 18 Multi enim in Iehudah habebant iuramentum eius, quia gener erat Sechaniáh filij Aranh, & Ionhanan filius eius accoperat filiam

Mewfullám filij Berechiáh.

19 Præterea bonitates eius dicebát coram me, & sermones meos referebát ei: Epistolas misit Tobiiáh ad terrendum me.

CAPVT VII.

3 Extructo muro constituuntur custodes per Nehemiam. 5 Numeratur populus è captiuitate reuersus.

Eccli. 49. c. 15

1 Qvum auté edificatus esset murus, & stantissimè valuas, constitutique essent ianitores, & cantores, & Leuitæ:

2 Præcepi nHanani fratri meo, & nHananiáh principi palatij, de Ierusaláim (quòd ipse esset vir verax, & timens Deum præ multis.)

3 Dixi inquam illis, Ne aperiantur portæ Ierusaláim vsq; ad calorem solis, & adhuc ipsis adstantibus claudent valuas, & tenebunt. constitui itaque custodes habitantium Ierusaláim, quenque in custodia sua, & quenque e regione domus suæ.

1. Esdr. 2. 4. 1

4 Vrbs autem ipsa erat lata locis & magna, populus verò paucus in medio eius, nullæque erant domus ædificatæ.

5 Posuit ergo Deus in corde meo vt cõgregarem optimates, & magistratus atq; populum vt recenseretur secundum seriem generationum: & inueni librum genealogiæ eorum qui ascenderant primû, & inueni scriptum in eo,

6 Isti sunt filij prouinciæ qui ascenderunt de captiuitate transmirationis, quam transigrare fecit Nebuchad-nexár Rex Babel, & reuersi sunt in Ierusaláim & in Iehudáh, quisq; in ciuitatem suam.

7 Qui venerunt cum Zerubbabél, Iewfúay, Nenehiáh, Azariáh, Rayamiáh, Nanhamani, Mordochái, Bilwán, Misphéret, Biguái, Nenuh, Bayanáh. Numerus virorum populi Iwsraëlis,

8 Filij Paryóws, duo millia centum & septuagintadu.

9 Filij wSephatiáh, trecenti septuagintadu.

10 Filij Aránh, sexcenti quinquagintadu.

11 Filij Parháth-moáb de filiis Iewfúay & Ioáb duo millia octingenti octodecim.

12 Filij wElám, mille ducenti quinquaginta quatuor.

C 13 Filij Zathú, octingenti quadragintaquinque.

14 Filij Zecchái, septingenti sexaginta.

15 Filij Binnú, sexcenti quadraginta octo.

16 Filij Bebái, sexcenti vigintiocto.

17 Filij wAzgád, duo millia sexceti vigintiduo.

18 Filij Adonicám, sexcenti sexagintaseptem.

19 Filij Biguái, duo millia sexagintaseptem.

20 Filij wAdin, sexcenti quinquaginta quinque.

21 Filij Atér de nHizciáh, nonaginta octo.

22 Filij nHawfúm, trecenti vigintiocto.

23 Filij Berfái, trecenti vigintiquatuor.

24 Filij nHariph, centum duodecim.

25 Filij Gibwón, nonagintaquinque.

26 Viri Beth-lénhem & Neropháh, centum octoginta octo.

27 Viri wAnathóth, centum vigintiocto.

28 Viri Beth-yazmauerh, quadragintadu.

29 Viri Ciriách-ieyarim, Cephiráh, & Bekeroth, septingenti quadragintatres.

30 Viri Ramáh, & Gabáy, sexceti vigintivnus.

D 31 Viri Michmáws, centum vigintiduo.

32 Viri Beth-nél & wAi, centum vigintitres.

33 Viri Nebó alterius, quinquagintadu.

Nehemias.

34 Filij wElám alterius, mille ducenti quinquagintaquatuor.

35 Filij nHarim, trecenti viginti.

36 Filij Ieremhó, trecenti quadragintaquinque.

37 Filij Lod-nhadid & nOnó, septingenti vigintivnus.

38 Filij wSenaáh, tria millia nongenti & triginta.

39 Sacerdotes: filij Iedayiáh de domo Iewfúay, nongenti septuagintatres.

40 Filij nImmér, mille quinquagintadu.

41 Filij Phawfnhúr, mille ducenti quadraginta septem.

42 Filij nHarim, mille septendecim.

43 Leuitæ: filij Iewfúay de Cadmixél de filiis Hodiiáh, septuagintaquatuor.

44 Cantores: filij wSáph, centum quadraginta octo.

45 Ianitores: filij wSallúm, filij Arér, filij Talmón, filij wAccúb, filij nHatirá, filij wSobái, centum triginta octo.

46 Nethinæi: filij wSinhá, filij nHawfuphá, filij ETabayóth,

47 Filij Ceróws, filij wSiyá, filij Padón,

48 Filij Lebanáh, filij nHagabá, filij wSalmái,

49 Filij nHanán, filij Giddél, filij Ganhár,

50 Filij Reaiáh, filij Rexsin, filij Necodáh,

51 Filij Gazzám, filij wVzzá, filij Pasceánh,

52 Filij Beofái, filij Merunim, filij Nephisewsim,

53 Filij Bacbúc, filij nHacuphá, filij nHarfnhúr,

54 Filij Baxstith, filij Merhidá, filij nHarwá,

55 Filij Barcóws, filij wSioferá, filij Thamánh,

56 Filij Nefstánh, filij nHatiphá,

57 Filij seruorum wSelomóh: filij wSotái, filij wSophéret, filij Peridáh,

58 Filij Iayalá, filij Darcón, filij Giddél,

59 Filij wSephatiáh, filij nHattil, filij Phochéret de Harfsebáim, filij Amón.

60 Omnes Nethinæi, & filij seruorum wSelomóh, trecenti nonagintadu.

61 Et isti sunt qui ascenderunt de Thel-mélanh, Thel-nharwá, Cherúb, Addón, & nImmér: & non potuerunt indicare domum patrum suorum, & semen suum, an ex Iwsraële essent.

62 Filij Delaiáh, filij Tobiiáh, filij Necodá, sexcenti quadragintadu.

63 Et de Sacerdotibus: filij nHobaiáh, filij Haccóws, filij Barzillái, qui accepit de filiabus Barzillái Gilyaditæ vxorem: & vocatus est nomine earum.

64 Isti quæsierunt scripturam suam qua series generationis eorum recenseretur, & non est inuenta: & ideo repudiati sunt à Sacerdotio.

65 Et dixit eis Thirwátha ne manducarent de sanctitate sanctitatum, donec staret Sacerdos in wVrim & Thummim.

66 Vniuersa congregatio tanquã uir vnus, quater decem millia trecenti sexaginta:

67 Præter seruos eorum & ancillas, isti erant septem millia trecenti triginta septem: inter eos item erant cantores & cantatrices ducenti & quadragintaquinque.

68 Equi eorum septingenti trigintasex: muli eorum ducenti quadragintaquinque:

69 Cameli, quadringenti trigintaquinque: asini, sex millia septingentiviginti.

70 Aliqui autem è principibus familiarum dederunt in opus: Thirwátha dedit in thesaurũ,

auri

auri drachmas mille, crateras quinquaginta, vestes Sacerdotum triginta & quingentas.

71 Aliquot verò de principibus familiarum dederunt in thesaurum operis, auri drachmarum bis decem millia, & argenti minarum duo millia ac ducentas.

72 Quæ præterea dederunt residuum populi, fuerunt auri drachmarum bis decem millia, & argenti minarum duo millia, & vestes Sacerdotum sexaginta septem.

73 Habitauerunt autem Sacerdotes & Leuitæ, & ianitores, & cantores, & de populo & Nehinæi, vniuersus quoque Iſrahel in urbibus suis, & aduenit mensis septimus, filiique Iſrahel erant in ciuitatibus suis.

CAPVT VIII.

1 Populo congregato legit Esdras Legem. 2 Contristatum populum ob auditam Legem, consolatur Nehemias. 12 Lætitia in Iſrahel, cognita Dei voluntate per Legem. 13 Iussu Esdræ celebrat populus festum Tabernaculorum. 18 Legitur liber Legis.

1 **C**ongregati sunt itaque vniuersus populus tanquam vir vnus in platea quæ erat ante portam aquarum, dixeruntque; Ezræ scribæ vt afferret librum Legis Moſeh quam præceperat Iehouáh Iſraheli.

2 Attulit igitur Ezræ Sacerdos Legem coram cõgregatione illa tam virorum quam mulierum, & omnium intelligentium, audiendo, die prima mensis septimi.

3 Et legit in eo ante plateam quæ erat ante portam Aquarum, à luce ipsa vsque ad meridiem coram viris & mulieribus, & intelligentibus: & aures totius populi erant ad librum Legis.

4 Stabat autem Ezræ scriba super suggestum ligneum quod fecerant propter verbum, stabatque iuxta eum Matthithiáh, & Semáy, & Anaiáh, & Vriáh, & Hilciáh, & Mayaſeiáh ad dexteram eius: à sinistra verò eius, Pedaiáh, Miſrahél, & Malchiiáh, & Hawsúm, & Hawsbadaná, Zechariáh, & Mewfullám.

5 Aperuit itaque Ezræ librum in oculis totius populi, quia supra vniuersum populum erat: quumque cõpisset aperire, stetit vniuersus populus.

6 Et benedixit Ezræ Iehouæ Deo magno: responditque vniuersus populus, Amen, amen, cum eleuatione manuum suarum: postea incuruauerunt se, atque adorauerunt Iehouam proni in terra.

7 Iewſúay auté, & Bani, & Serebiáh, Iamin, Accób, Sabbethái, Hodaiáh, Mayaſeiáh, Celitá, Azariáh, Iozabád, Hanán, Pelaiáh, & Leuitæ intelligere faciebát populum Legem: populus autem erat in loco suo.

8 Et legerunt in libro ipso, in Lege Dei explanatè, & apposuerunt intellectum, & intellexerunt scripturam ipsam.

9 Dixit autem Nehemiáh (ipse est Thirſátha) & Ezræ, Sacerdos ac Scriba, & Leuitæ qui intelligere faciebant populum, vniuerso populo, Dies sanctus est Iehouæ Deo nostro, ne lugeatis, neque fleatis. Flebat enim vniuersus populus quum audiret verba Legis.

10 Dixit præterea illis, Ite, comedite pinguia, & bibite dulcia, & mittite partes ei cui nihil est paratú, quia sanctus dies Domino nostro: neque cõtristemini, quia gaudium Iehouæ est fortitudo vestra.

11 Leuitæ autem silere faciebát vniuersum populum, dicendo, Tacere, quia dies sanctus est, & ne doleatis.

12 Abierunt itaque vniuersus populus vt comederet, & biberet, & vt mitteret partes, atque lætaretur lætitia magna: quia intellexerat verba quæ docuerant eos.

13 Postridie autem congregauerunt se principes familiarum vniuersi populi, Sacerdotes, & Leuitæ, ad Ezræ scribam, vt intelligerent verba Legis.

14 Inuenerunt autem scriptum in Lege quam præceperat Iehouáh per manum Moſeh, vt habitarent filij Iſrahel in tabernaculis, in solennitate ipsa, mense septimo,

15 Et audiri facerent ac transire vocem per vniuersas vrbes suas, & per Ierusaláim, dicendo, Egredimini in montem, & afferte frondes oliuæ, & frondes arboris pinus, & frondes myrti, & frondes palmarú, & frondes arboris densæ: vt faciatis tabernacula quedam, sic vt scriptum est.

16 Egressi sunt itaque populus, atque attulerunt, feceruntque sibi tabernacula, quisque super tectum suum, & in atrijs suis, & in atrijs domus Dei, & in platea portæ Aquarum, & in platea portæ Ephráim.

17 Fecerunt inquam vniuersus cõtus qui redierant de captiuitate, tabernacula, & habitauerunt in tabernaculis: non enim fecerant à diebus Iehosúay filij Nun, sic filij Iſrahel vsque ad diem illum: fuitque lætitia magna valde.

18 Legit autem in libro Legis per singulos dies à die primo vsque ad diem nouissimum: feceruntque solennitatem septem diebus, die autem octauo collectam iuxta morem.

CAPVT IX.

1 Populus penitens, vxores alienigenas abiicit. 3 Confessio peccatorum. 6 Laudat & benedicit Deum Nehemias. 7 Beneficia Dei erga Iſrahel. 16 Ingratitudo, & peccatú populi. 19 Misericordia Dei, & beneficia in populum & Iſrahel, et ipsius Iſrahel rebellio. 26 Spiritus Dei doctor. 33 Iustus Deus & verax. 34 Confessio. 39 Percutit populus factus cum Domino.

1 **P**orrò vicesima quarta die mensis huius congregauerunt sese filij Iſrahel in ieiunio, & cum saccis, ac terra erat super eos.

2 (Separauerant autem sese ab omnibus alienigenis) & steterunt, ac confessi sunt peccata sua, & iniquitates patrum suorum.

3 Surrexeruntque in loco suo, & legerunt in libro Legis Dei sui quater in die, & quater cõfessi sunt, atque adorauerunt Iehouam Deum suum.

4 Surrexit autem super gradum Leuitarum, Iewſúay, & Bani, Cadmiél, Sebaniáh, Buni, Serebiáh, Bani, Chenáni: clamaueruntque voce magna ad Iehouam Deum suum:

5 Ac dixerunt Leuitæ illi, nempe Iewſúay, & Cadmiél, Bani, Hawsabneiáh, Serebiáh, Hodiiáh, Sebaniáh, Perhanhiáh, Surgite, benedicite Iehouæ Deo nostro à seculo & vsque in seculum: & benedicant nomini gloriæ tuæ, & excelso super omnem benedictionem & laudem.

6 Tu es ó Iehoua solus, tu fecisti cælum, cælum cælorum, & omné exercitum eorum: terram, & omnia quæ sunt in ea: maria, & vniuersa

3. Esdr. 9. e. 4

uerfa quæ sunt in eis: uiuificas quoque omnia hæc, & exercitus cælorum te adorant.

7 Tu es, ô Iehoua, Deus ille qui elegisti Abrâm, & eduxisti eum de Vr Chawfdim: posuisti que nomen eius Abrahâm.

8 Inuenisti autem cor eius fidele coram te, & percussisti cum eo fœdus quod dares terram Chenayanæi, Hitthæi, & Emoræi, & Perizæi, & Iebusæi, & Girgawæi, quod inquam dares eam semini eius: confirmaſtiq; uerba tua, quia iustus es.

9 Respexisti præterea afflictionem patrû nostrorum in Ægypto, clamorêque eorum audisti in mari Sûph.

10 Dedisti que signa & portenta in Paryôh, & in uniuersis seruis eius, atque in uniuerso populo terræ eius: noueras enim quod superbè egissent contra eos: unde fecisti tibi nomen secundum diem hanc.

11 Mare insuper diuisti coram eis, & transierunt per medium eius in sicco: persequutores autem eorû proiecisti in profunditates, tanquam lapidem in aquas validas.

C 12 Atq; cum columna nubis deduxisti eos interdiu, & cû columna ignis noctu, ut illustrares eis uiam per quam ambulaturi erant.

13 Post hæc super montem Sinai descendisti, loquutusque es cum eis è cælo, & dedisti eis iudicia recta, & leges ueras, statuta & præcepta bona.

14 Sabbathum quoque sanctum tuum notum fecisti eis, & præcepta, & statuta, & Legè præcepisti eis per manum Moyséh serui tui.

15 Panem insuper de cælo dedisti eis in fame sua: & aquam è petra eduxisti eis in siti sua: tandem dixisti eis ut ingrederentur ad possidendum terram propter quam leuasti manum tuam quod traderes eam illis.

16 Ipsi uerò & patres nostri superbè egerunt, & indurauerunt ceruicem suam, nec audierunt præcepta tua:

17 Imò renuerunt audire, neque recordati sunt mirabilium tuorum quæ feceras cum eis: induraueruntque ceruicem suam, ac conuersi sunt ut reuerteretur ad seruitutem suam cum rebellionè sua: tu tamen Deus ueniarum, clemens & misericors, longanimis & multè misericordiæ, non dereliquisti eos.

D 18 Insuper quando fecerunt sibi vitulum constabilem, & dixerunt, Iste est Deus tuus qui eduxit te de Ægypto, feceruntque conuitia magna:

Exod. 13. d. 22 19 Tu tamen propter misericordias tuas multas non dereliquisti eos in deserto, columna nubis non recessit ab eis interdiu, ut deduceret eos per vim: & columna ignis noctu, ut lucere faceret eis uiam per quam ambulaturi erant.

20 Et Spiritum tuum bonû dedisti ad instruendum eos, man quoque tuum non prohibuisti ab ore eorum, & aquâ dedisti eis in siti eorum.

21 Quadraginta quoque annis pauisti eos in deserto, nulla re indiguerunt: uerimenta eorum non inueterauerunt, nec pedes eorum intumuerunt.

22 Dedisti eis insuper regna & populos, quos diuisti in angulum, ac possederunt terram Sinhôn, & terrâ Regis Hersbôn, & terram Regis Bawfan.

23 Filios autem eorum multiplicasti sicut stellas cæli, & introduxisti eos in terram de qua dixeras Patribus eorum quod ingrederentur eam ut possiderent.

24 Venerunt enim filij, & possederunt terram illam: atque humiliasti coram eis habitatores ipsius terræ, Chenayanæos, dedisti que eos in manum eorum, ac Reges eorum, & populos eius terræ, ut facerent ex eis secundum uoluntatem suam.

25 Ceperunt præterea vrbes munitas, atq; humum pinguem, & possederunt domos plenas omni bono, cisternas excisas, vineas, & oliueta, & arbores fructiferas quamplurimas, comederuntq; ac saturati sunt, atque impinguati, & deliciis affluerunt propter bonitatem tuam magnam.

26 Irritauerunt itaque, & rebellauerunt contra te, ac proiecerunt Legem tuam post corpus suum: Prophetas quoq; tuos occiderunt, qui testificabantur contra eos, ut conuerteret eos ad te: & fecerunt conuitia magna.

27 Itaque tradidisti eos in manum hostium suorum, & afflixerunt eos: ac in tempore tribulationis suæ clamauerunt ad te, & tu de cælo audisti, atque secundum miserationes tuas multas dedisti eis seruatores qui seruauerunt eos de manu hostium suorum.

28 Quum uerò esset illis quies, reuersi sunt ad faciendum malum coram te, idcirco dereliquisti eos in manu inimicorum suorum, qui dominati sunt eis. conuersi autem, rursum clamauerunt ad te, & tu de cælo exaudisti, atque eruisti eos secundum miserationes tuas multis temporibus.

29 Contestatus uerò es illos, ut conuerteres eos ad Legem tuam: sed ipsi superbè egerunt, nec audierunt præcepta tua, & in iudiciis tuis peccauerunt, quæ faciet homo, & uiuet in eis: dederuntq; humerû recedentem, & ceruicem suam indurauerunt, & non audierunt.

30 Attamen protraxisti super eos annos multos, & contestatus es illos Spiritu tuo per manum Prophetarum tuorum, & non auscultauerunt: ideo tradidisti eos in manum populorum terrarum.

31 Sed propter misericordias tuas multas non fecisti eos in consumptionem, nec dereliquisti eos, quia Deus clemens & misericors es.

32 Nûc igitur ô Deus noster, Deus magne, fortis & terribilis, qui custodis pactum & misericordiam, ne parua res uideatur coram te omnis labor qui inuenit nos, id est Reges nostros, principes nostros, Sacerdotes nostros, & Prophetas nostros, patres quoque nostros, atque uniuersum populum tuum à diebus Regum Awwur usque in diem hanc.

33 Tu autem iustus in omnibus quæ uenerunt super nos: quia ueritatem fecisti, nos uerò impiè egimus.

34 Et Reges nostri, Principes nostri, Sacerdotes nostri, & patres nostri, non fecerunt Legem tuam, nec attenderunt præceptis tuis, & testimoniis tuis quæ testificatus es eis.

35 Et ipsi in regno suo, & in bonitate tua multa quâ dedisti eis, & in terra lata & pingui quam tradideras coram eis, non seruierunt tibi, nec sunt conuersi ab operibus suis malis.

36 Ecce hodie serui sumus, & quidem in terra quam

quam dedisti Patribus nostris ut comederent fructum eius, & bonitatem eius, ecce inquam serui sumus.

- 37 Et fructum suum multiplicat Regibus quos posuisti super nos propter peccata nostra, & corporibus nostris dominantur, & iumentis nostris, secundum voluntatem suam: & in tribulatione maxima sumus:
- 38 Et tamē nos percutimus fidelitatem, & scribimus: & in libello illo signato sunt Principes nostri, Leuitæ nostri, Sacerdotes nostri.

CAPVT X.

1 Signatores federis. 29 Quid populus in federe Domino promiserit.

- 1 **I**nter signatos autē illos fuerunt Nehemiáh Thirwátha filius nHachaliáh, & rSideiáh,
- 2 wSeraiáh, yAzariáh, Irmeiáh,
- 3 Pawshúr, Amariáh, Malachiiáh,
- 4 nHattúws, wSebeniáh, Mallúch,
- 5 nHarim, Meremóth, wObadiá,
- 6 Danixél, Ginethón, Barúch,
- 7 Mewfullám, Abiáh, Miiamín.
- 8 Mayaziáh, Bilgái, wSemaiah. isti sunt Sacerdotes.
- 9 Leuitæ verò, Iewfúay filius Azaniáh, Binnúi de filiis nHenadád, Cadmixél.
- 10 Fratres autem eorum, wSebeniáh, Hodiiáh, Celitá, Pelaiáh, nHanán,
- 11 Micha, Renhób, nHawfabiáh,
- 12 Zacchúr, wSerebiáh, wSebeniáh,
- 13 Hodiiáh, Bani, Beninu.
- 14 Capita populi, Paryóws, Panháth-moáb, yElám, Zarthú, Bani,
- 15 Bunni, yAzgád, Bebái,
- 16 Adoniiáh, Biguái, yAdín,
- 17 Atér, nHizciiáh, yAzúr,
- 18 Hodiiáh, nHawfúm, Berfái,
- 19 nHariph, yAnathóth, Nebái,
- 20 Magpiyáws, Mewfullám, nHezir,
- 21 Mewlezabxél, rSadóc, Iadúay,
- 22 Pelatiáh, nHanán, yAnaiáh,
- B 23 Howfey, Hananiáh, nHawfúb,
- 24 Halonhéws, Pilnhá, Sobéc,
- 25 Renhúm, nHawfabnáh, Maya wSeiáh,
- 26 Et Anhiiáh, nHanán, yAnán,
- 27 Mallúch, nHarim, Bayanáh:
- 28 Atq; residuum populi, Sacerdotes, Leuitæ, & ianitores, cantores, Nithinæi, & omnis separatus à populis terrarú ad Legem Dei, uxores eorum, filij eorum, & filia eorum, omnis sciens & intelligens,
- 29 Apprehenderunt cum fratribus suis optimatibus suis: & uenerunt cum execratione & iuramento, quòd ambularent in Lege Dei, quæ data est per manum Mowféh serui Dei, & custodirent ac facerent uniuersa præcepta Iehouæ Dei nostri, & iudicia eius, & statuta eius:
- 30 Et quod non daremus filias nostras populis terræ, & filias eorum non acciperemus filiis nostris.
- 31 Et quod à populis terræ afferentibus merces, & quamcunque annonam in die sabbathi, ut vendant, non accipiemus in sabbatho, & in die sancto: quòdque dimittemus annum septimum, & exactionem uniuersæ manus.
- C 32 Et statuimus super nos præcepta, ut imponerent nobis tertiam partem wlechél eo anno, in opus domus Dei nostri,

33 In panē propositionis, & sacrificium iugē, & in holocaustū iugē, sabbatha, Calendas, & solennitates, & in sancta, & in sacrificia pro peccato, ad expiandum Israhelam, & omnē opus domus Dei nostri.

34 Fecimus & sortes super oblatione lignorum, Sacerdotes, Leuitæ, & populi, ut adducant ea in domum Dei nostri, in domum patrum nostrorū temporibus determinatis annuatim, ut arderent super altare Dei nostri, sicut scriptum est in Lege.

35 Et afferemus primitiua terræ nostræ, & primitiua omnis fructus cuiuscunq; arboris annuatim in domum Iehouæ.

36 Primogenita insuper filiorum nostrorum, D & iumentorum nostrorum (sicut scriptum est in Lege) & primogenita bouum nostrorum & pecorum nostrorum, afferemus in domū Dei nostri Sacerdotibus ministrantibus in domo Dei nostri.

37 Et primitias pastarum nostrarum, & oblationum nostrarum, ac fructus cuiuscunq; arboris, uini, & olei afferemus Sacerdotibus ad cubicula pomus Dei nostri, & decimam terræ nostræ Leuitis: ipsi autem Leuitæ erunt hi qui decimas accipient in omnibus urbibus operum nostrorum.

38 Aderit verò Sacerdos filius Aharón cum Leuitis quum decimam accipient Leuitæ: & Leuitæ ipsi offerent decimam decimæ in domo Dei nostri in ipsa cubicula in domo thesauri.

39 Ad cubicula enim illa deferet filij Israhel & filij Leui primitias frumenti, uini & olei, & ibi erunt uasa ipsius sanctuarij, & sacerdotes ministrantes, & ianitores, & cantores: & non dimittemus domum Dei nostri.

CAPVT XI.

1 Qui in Ierusalem habitauerunt in ea.

1 **H**abitauerunt itaque principes populi in Ierusalem: residuum verò populi iecerunt sortes ut adducerent unum e decem ad habitandum in Ierusalem Ciuitate sancta, & nouem alie partes in Ciuitatibus.

2 Benedixeruntque populus omnibus uiris spontaneis ad habitandum in Ierusalem.

3 Porro isti sunt principes eius prouinciæ qui habitauerunt in Ierusalem: at in alijs urbibus Iehudáh habitauerunt unusquisque in possessione sua in urbibus suis, Israhel, Sacerdotes & Leuitæ, & Nethinæi, atq; filij seruorum wSelomóh.

4 In Ierusalem itaque habitauerunt de filiis Iehudáh, & de filiis Biniamín. de filiis Iehudáh, yAthaiáh filius wVzziáh, filij Zechariá, filij Amariáh, filij wSephatiáh, filij Mahalalexél, de filiis Péreys.

5 Et Maya wSeiáh filius Barúch, filij Chol-nhó zéh, filij nHazaiáh, filij yAdaiáh, filij Ioarib, filij Zachariáh, filij Hawfiloni.

6 Omnes filij Péreys, habitantes in Ierusalem, fuerunt quadringenti sexaginta octo, uiri fortes.

7 Isti autem sunt filij Biniamín: wSalú filius Mewfullám, filij Ioyéd, filij Pedaiáh, filij Colaiáh, filij Maya wSeiáh, filij wIthixél, filij Ie wSaiáh. B

8 Et post eum Gabbái, wSallái: nongenti uiginti octo.

- 9 Ioxél verò filius Zichri prepositus erat super eos: & Iehudáh filius Senuáh super ciuitatem erat secundus.
- 10 De Sacerdotibus: Iedayiáh filius Ioiarib & Iachín.
- 11 Seraiáh filij Hilciáh, filij Mewfullám, filij Sadóc, filij Meraióth, filij Anhitúb, erat princeps domus Dei.
- 12 Fratres autem eorum qui faciebant opus ædis, octingenti vigintiduo: & Adaiáh filius Ierohám, filij Pelaliáh, filij Amzi, filij Zechariáh, filij Pawshúr, filij Malchiiáh.
- 13 Et fratres eius principes familiarum, ducéti quadraginta duo: & Amawfólái filius Azarxél, filij Anhazái, filij Mewsillemóth, filij Nimmer.
- 14 Fratres autem eorum potentes robore, centum viginti octo: quibus propositus erat Zabdixél filius Haggedolim.
- 15 De Leuitis autem: Semayiah filius Hawsúb, filius Azricám, filij Hawsabiáh, filij Buni.
- C 16 Et Sabberthái, atq; Iozabád erat super opus externum domus Dei, erantque de principibus Leuitarum.
- 17 Et Matthaniáh filius Michá filij Zabdi, filij Aofáph principis, primus confitens in oratione: Bacbuciah, secundus ex fratribus eius, & Abdá filius Samúay filij Galál, filij Ieduthún.
- 18 Omnes Leuitæ habitantes in Vrbe sancta, ducenti octogintaquatuor.
- 19 Ianitores insuper: Accúb, Talmón, & fratres eorum, custodes in portis, centum septuagintaduo.
- 20 Residuum item Iusrahelís, Sacerdotum & Leuitarum, habitauerunt in cunctis ciuitatibus Iehudáh, quisque in hæreditate sua.
- 21 Nethinæi verò habitabant in arce: & Sihá & Gwíspá erant super Nethinæos.
- 22 Præfectus autem Leuitarum qui habitabant in Ierusaláim, Vzzi filius Bani, filij Hawsabiáh, filij Matthaniáh, filij Micháh: de filiis Aofáph, cantores super opus domus Dei:
- 23 Quia præceptum Regis erat super eos, & firmitas super cantores per singulos dies.
- D 24 Et Perthaniáh filius Mewlezabxél de filiis Zérath filij Iehudáh, ad manú Regis in omni re ad populum.
- 25 Et in villis, in viculis suis, de filiis Iehudáh habitauerunt in Ciriath-haarbáy, & in viculis eius: & in Dibón, & villis eius: & in Iecabxél, & villis eius:
- 26 Et in Iewsuáy, & Moladá, & in Bethpélet:
- 27 Et in Haxfár-wfuyál, & in Bexer-wfébay, & in viculis eius:
- 28 Et in Siclág, & in Mechonáh, & in viculis eius:
- 29 Et in En-rimmón, & in Soryáh, & in Iarmúth,
- 30 In Zanoán, Adullám, & in villis earum: in Lachiws, & agris eius: in Azechá, & viculis eius. manseruntque à Bexer-wfébay vsque ad Gehinnóm.
- 31 Filij autem Biniamín habitauerunt à Gibyá in Michmáws, & Aiá, & Beth-xél, & viculis eius,
- 32 Anathóth, Nób, Ananiáh,

- 33 Haxór, Ramáh, Gittháim,
- 34 Hadíd, Seboím, Neballáth,
- 35 Lód, & Onó, valle Artificum.
- 36 Porro aliquot Leuitarum habitauerunt in diuisionibus Iehudáh à Biniamín.

CAPVT XII.

1 Numerantur Sacerdotes & Leuitæ qui cum Zorobabel uenerunt in Ierusalem. 30 Dedicatur murus. 44 Recensentur quæstiones thesaurorum.

- 1 Isti sunt autem Sacerdotes & Leuitæ qui ascenderunt cum Zerubbabél filio Sealthiel, & Iewsuáy: Seraiáh, Irmeiáh, Ezra,
- 2 Amariáh, Mallúch, Hattúws,
- 3 Sechaniáh, Renhúm, Meremóth,
- 4 Iddó, Ginnethó, Abiáh,
- 5 Miamín, Mayadiáh, Bilgál,
- 6 Semayiah, & Ioiarib, Iedayiáh,
- 7 Sallú, Amóc, Hilciáh, Iedayiáh. isti principes Sacerdotum, & fratres eorum fuerunt in diebus Iewsuáy.
- 8 Leuitæ autem fuerunt, Iewsuáy, Binnúi, Cadmixél, Serebiáh, Iehudáh, Matthaniáh, super hymnos erat, & fratres eius.
- 9 Et Bacbuciah, & Vnni fratres eorum, erant coram eis in custodiis.
- 10 Et Iewsuáy genuit Ioacím, & Ioacím genuit Eliawfíb, & Eliawfíb genuit Ioiadáy:
- 11 Et Ioiadáy genuit Ionathán, & Ionathán genuit Iaddúay.
- 12 In diebus autem Ioiacím fuerunt Sacerdotes principes familiarum: ipsi Seraiáh, Meraiáh: ipsi Irmeiáh, Hananiáh:
- 13 Ipsi Ezra, Mewfullám: ipsi Amariáh, Iehonhanán:
- 14 Ipsi Melichu, Ionathán: ipsi Sechaniáh, Ioséph:
- 15 Ipsi Harím, Adná: ipsi Meraióth, Helcái:
- 16 Ipsi Iddó, Zechariáh: ipsi Ginnethón, Mewfullám:
- 17 Ipsi Abiáh, Zichri: ipsi Miamín, ipsi Moya diáh, Piltái:
- 18 Ipsi Bilgáh, Sammúay: ipsi Semayiah, Iehonhanán:
- 19 Ipsi autem Ioiarib, Matthenái: ipsi Iedayiáh, Vzzi:
- 20 Ipsi Sallái, Callái: ipsi Amóc, Eber:
- 21 Ipsi Hilciáh, Hawsabiáh: ipsi Iedayiáh, Nethanxél.
- 22 Leuitæ qui erant in diebus Eliawfíb, Ioiadáy, & Ionhanán, & Iaddúay scripti fuerunt principes familiarum: ipsi quoque fuerunt Sacerdotes vsq; ad regnum Dariæ uis Persæ.
- 23 Filij Leui principes familiarum scripti sunt in libro Verborum dierum, vsque ad dies Ionhanán filij Eliawfíb.
- 24 Principes autem Leuitarum: Hawsabiáh, Serebiáh, & Iewsuáy filius Cadmixél, & fratres eorum coram eis ad laudandú & ad confitendum, iuxta præceptum Dauidis viri Dei, custodia contra custodiam.
- 25 Matthaniáh, & Bacbuciah, Obadiáh, Mewfullám, Talmón, Accúb, erant custodes & ianitores in custodia sua in liminibus portarum.
- 26 Hi fuerunt in diebus Ioiacím filij Iewsuáy filij Ioxfadác, & in diebus Nethemiáh ducis, & Ezra sacerdotis & scribæ.
- 27 In dedicatione autem muri Ierusaláim requisierunt Leuitas de omnibus locis suis, vt addu

- adduceret eos in Ierusalaim, vt facerent dedicationem & laetitiam tum in laudibus, tum in cantico, cymbalis, psalteriis, & citharis.
- 28 Congregati sunt igitur filij cantorum, tum de planitie, *que est circum Ierusalaim*, tum de villis Netophathi,
- 29 De domo item Gilgal, & de agris Gebay, & Azmaueh: quoniam villas edificauerunt sibi cantores illi in circuitu Ierusalaim.
- 30 Et mundati sunt Sacerdotes & Leuitae, ac mundauerunt populum, portas quoque, & murum.
- C 31 Ascendere itaque feci principes tribus Iehudah super murum, & statui duos choros magnos, progressionisque unius ad dexteram super murum ad portam Stercorum.
- 32 Et incelsit post eos Howsayah, & dimidiu principum Iehudah:
- 33 Et Azariah, Ezra, & Mesullam,
- 34 Iehudah, & Biniamin, & Semayah, & Imeiah.
- 35 Et de filiis Sacerdotum cum tubis: Zechariah filius Ionathan filij Semayah, filij Mathaniah, filij Michaiah, filij Zacchur, filij Asaph.
- 36 Fratres vero eius, Semayah, & Ezrahel, Milalai, Gileai, Mayai, Nethanel, & Iehudah, Hanani cum instrumentis musicis Dauidis viri Dei: Ezra autem scriba erat ante eos.
- 37 Et ad portam Fontis, & eregione eorum ascenderunt per gradus Ciuitatis Dauidis per ascensum muri, a domo Dauidis vsq; ad portam Aquarum ad Orientem.
- 38 Chorus autem secundus proficiscebatur eregione, & ego eram post eum: & media pars populi super murum ipsum a turri Furnorum vsque ad murum latum.
- 39 Et a porta Ephraim, ad portam Veteris, & ad portam Piscium, & turrim Hananel, & turrim Meah, vsque ad portam Pecorum: & steterunt in porta custodiae.
- 40 Substiteruntque duo chori in domo Dei, & ego & dimidium magistratum mecum:
- D 41 Et Sacerdotes, Eliacim, Mayaseiah, Miniamin, Michaiah, Elioenai, Zechariah, Hananiah erant cum tubis:
- 42 Et Mayaseiah, & Semayah, & Eliazar, & Vzzi, & Iehonhanan, & Malchiah, & Elam, & Ezer: Audireque fecerunt cantores, & Izrahiah erat praepositus.
- 43 Immolauerunt praeterea in die illa victimas magnas, & laetati sunt: Deus enim exhilarauit eos laetitia magna: quin & mulieres & pueri laetati sunt, auditaque est laetitia Ierusalaim procul.
- 44 Praepositi sunt autem in die illa viri super cubacula ut essent in thesauros oblationibus, primitiis, & decimis, ad coaceruandum in ea ex agris vrbium portiones Legis Sacerdotibus & Leuitis. Laetitia enim Iehudah erat super Sacerdotes & Leuitas qui assiscebant.
- 45 Et custodierunt custodiam Dei sui, & custodiam expiationis, & cantores, & ianitores: iuxta praepceptum Dauidis & Selomoh filij eius:
- 46 Nam tempore Dauidis & Asaph, ab exordio erant principes cantorum, & viri cantici, laudis, & laudationum Deo.

- 47 Vniuersus quoque Iisrahel in diebus Zerubbabel & in diebus Nehemiah dabat portiones cantorum & ianitorum per singulos dies: sanctificabant praeterea Leuitas, & Leuitae sanctificabant filios Aharon.

C A P V T XIII.

1 Iuxta Legem separantur alienigenae. 10 Dantur Leuitis partes. 15 Nehemias reprehendit transgressores sabbathi. 23 Increpat Iudeos ducentes uxores alienigenas.

- 1 IN die illo lectum est in libro Moyses in auribus populi, & inuentum est scriptum in eo, quod non ingrediantur Ammonitae & Moabitae ecclesiam Dei vsque in seculum: Deut. 23.4.3
- 2 Quia non praueuerunt filios Iisrahelis cum pane & aqua: sed conduxit aduersus eum Bilyam vt malediceret ei: conuertit autem Deus noster maledictionem in benedictionem.
- 3 Fuit autem quum audissent Legem, separauerunt vniuersam misturam ab Iisrahelle.
- 4 At antea Eliasib Sacerdos fuerat praepositus cubiculo domus Dei nostri, propinquus ipsi Tobiah.
- 5 Cui fecit cubiculum grande, vbi antea reponebant munera, thus, & vasa, & decimam frumenti, & vini, & olei iussam dari Leuitis, & cantoribus, & ianitoribus, oblationem quoque Sacerdotum.
- 6 Verum dum haec omnia agerentur, non eram in Ierusalaim: quia anno tricesimosecundo Arthanhsathis regis Babel veni ad Regem, & in fine dierum postulani a Rege.
- 7 Quum autem venissem in Ierusalaim, intellexi malu quod fecerat Eliasib propter Tobiah, vt faceret ei cubiculum in atrius domus Dei.
- 8 Quod displicuit mihi valde: itaque proieci B omnia vasa domus Tobiah extra cubiculum:
- 9 Ac iussi, & mundauerunt cubacula: postea retuli illuc vasa domus Dei, oblationem & thus.
- 10 Cognoui praeterea quod partes Leuitarum non fuissent datae: quodque fugissent singuli in agrum suum, Leuitae & cantores facientes opus.
- 11 Propterea increpauit magistratus, ac dixi, Cur derelicta est domus Dei? Congregauit itaque eos, & statui eos in locum suum.
- 12 Et vniuersus Iehudah attulerunt decimam frumenti, vini, & olei in thesauros.
- 13 Ac thesaurarios constitui super thesauros illos, Selema Sacerdotem, & Sadoc scribam, & Pedaiam ex Leuitis: iuxta manum autem eorum Hanan filium Zacchur, filij Mathaniah: quia fideles reputati sunt, & ad eos erat diuidere fratribus suis.
- 14 Memento mei Deus propter hoc, & ne deleas misericordias meas quas feci in domo Dei mei, & in obseruationibus eius.
- 15 In diebus illis vidi in Iehudah calcantes torcularia in sabbatho ipso, & afferetes acervos, onerantes item asinos vino, vis, & sicibus, ac C quouis onere, afferentes inquam in Ierusalaim die sabbathi: & contestatus sum eos die qua vendebant escam.
- 16 Tyrij quoque ipsi habitauerunt in ea, afferentes pisces, & quascunq; merces, & vendebant in ipso sabbatho filiis Iehudah in Ierusalaim.

- 17 Idcirco obiurgavi optimates Iehudáh, ac dixi eis, Quæ est res hæc mala quam facitis, & profanatis diem sabbathi?
- 18 Annon sic fecerunt patres vestri, & adduxit Deus noster super nos omne malum hoc, & super ciuitatem istam? & vos additis iracundiam super Iŷraêlê, violando sabbathum?
- 19 Quum ergo obtenebratæ essent portæ Ierusaláim ante sabbathum, dixi, & clausæ sunt valuæ: dixi præterea ne aperirent eas nisi vsq; post sabbathum: de pueris quoq; meis statui in portis, ne introduceretur onus in die sabbathi.
- 20 Manserunt itaque negotiatores & venditores omnium rerum venalium extra Ierusaláim semel & iterum.
- 21 Et contestatus sum eos, ac dixi illis, Quare manetis vos ex aduerso muri? si iteraueritis, manum mittam in vos: à tempore illo non venerunt in sabbatho.
- 22 Dixi præterea Leuitis vt mundarent sese, & venirent ad custodiendum portas, & sanctificarent diem sabbathi. etiam propter hoc memento mei Deus mi, & parce mihi secundum multitudinem misericordiæ tuæ.
- D 23 In diebus quoq; illis vidi Iehudæos qui duxerant mulieres Aŷdodithidas, & Ammonithidas, Moabithidas.
- 24 Et filij eorum partim loquebantur Aŷdo-
- dicè, & nesciebant loqui Iehudaicè, & secundum linguam cuiusque populi.
- 25 Propterea cõtendi cum eis, & maledixi eis, atque percussi ex eis aliquos, capillosque eorum euulsi: & adiuravi eos per Deum, Si dederitis filias vestras filiis vestris, aut vobis.
- 26 Nõne propter ista peccauit Selomóh Rex Iŷraêlis? & tamen in gentibus multis non fuit Rex similis ei, qui dilectus Deo suo erat, & posuerat eum Deus Regem super Iŷraêlem: eum quoque peccare fecerunt mulieres alienigenæ. 3. Reg. 3. b. 7
- 27 Et vobis nunquid obediemus vt admittamus omne malum grande hoc, vt præuaricemur in Deum nostrum, ducendo mulieres alienigenas?
- 28 Vnus autem è filiis Ioiadáy filij Eliæ & Sib Sacerdotis magni, gener erat ipsius Sanballát Horonitæ, propterea fugavi eum à me.
- 29 Recordare eorum Deus mi, contra eos qui polluunt Sacerdotium, & pactum Sacerdotij & Leuitarum.
- 30 Itaque emundavi eos ab omni alienigena: & statui obseruáticas Sacerdotibus & Leuitis, vnique in opere suo.
- 31 Atque oblationi lignorum temporibus constitutis, primitiuis quoque. recordare mei Deus mi, in bonum. 3. Reg. 11. d. 1

III. Esdræ vulgò, apocryphus.

Huius libri ne Græcorum quidem codicem, nedum Hebræi nemini (quod sciam) videre contigit: idcirco præter solam interpretationem veterem, aliud dare non potuimus.

CAPVT I.

4. Reg. 23.
e. 21
2. Par. 35. 4. 1



- T** fecit Iosias Pascha in Ierosolymis Domino, & immolauit Phase quattordecima luna primi mēsis,
- 2 Statuens Sacerdotes per vices dierum stolis amictos in tēplo Dñi.
- 3 Et dixit Leuitis sacris seruis Israel, vt sanctificarent se Domino in positione sanctæ arcæ Domini, in domo quam ædificauit Salomon filius Dauid Rex.
- 4 Non erit vobis tollere super humeros eam. & nunc deseruite Domino vestro, & curam agite gentis illius Israel, ex parte secundum pagos & tribus vestras,
- 5 Secundum scripturam Dauid Regis Israel, & secundum magnificētiam Salomonis filij eius, omnes in templo, & secundum particulam principatus paternam vestram eorū qui stant in conspectu fratrum filiorum Israel.
- 6 Immolate Pascha, & sacrificia parate fratribus vestris, & facite secundum præceptum Domini quod datum est Moyfi.
- B 7 Et donauit Iosias in plebem quæ inuēta est, ouium, agnorum, & hædorum, & caprarum triginta millia, vitulos tria millia.
- 8 Hæc de regalibus data sunt secundum promissionē populo: & Sacerdotibus in Pascha, oues numero duo millia, ac vituli centum.
- 9 Et Iechonias, & Semeias, & Nathanael fratres, & Hafabias, & Oziel, & Coraba, in Phase, oues quinque millia, vitulos quingentos.
- 10 Et hæc quæ fierent eleganter, steterunt Sacerdotes & Leuitæ, habentes azima per tribus.
- 11 Et secundum partes principatus patrum, in conspectu populi offerebant Domino, secundum ea quæ in libro Moyfi scripta sunt:
- 12 Et assauerunt Phase igni prout oportebat: & ostias coxerunt in amulis, & in ollis cum benevolentia.
- 13 Et attulerunt omnibus qui erant ex plebe: & post hæc parauerunt sibi & Sacerdotibus.
- 14 Sacerdotes enim offerebant adipem, vsque dum finita esset hora: & Leuitæ parauerunt sibi & fratribus suis filiis Aaron.
- 15 Et sacri cantores filij Asaph erant per ordinem secundum præceptum Dauid, & Asaph, & Zacharias, & Ieddimus, qui erat à Rege.
- 16 Et ostiarij per singulas ianuas, ita vt non præuaricaretur vnusquisque suam: fratres enim illorum parauerunt illis.
- 17 Et consummata sunt quæ pertinebant ad sacrificium Domini.
- 18 In illa die egerunt Phase, & offerebant ostias super Domini sacrificium, secundum præceptum Regis Iosias.
- 19 Et egerunt filij Israel, qui inuenti sunt in tempore illo, Phase: & diem festum azymorum per dies septem.
- 20 Et non est celebratum Phase tale in Israel, à temporibus Samuel Prophetæ:
- 21 Et omnes Reges Israel non celebrauerunt tale Pascha quale egit Iosias & Sacerdotes, & Leuitæ, & Iudæi, & omnis Israel, qui inuenti sunt in commoratione Ierosolymis.
- 22 Octauo